

verò quidam laici laudabilem consuetudinem, erga sanctam Ecclesiam pia devotione fidelium introductam, ex fermento hereticæ pravitate nituntur infringere, sub pretexto Canonice pietatis. Quapropter super his pravas exactiões fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus observari, statuentes ut liberè conferantur Ecclesiastica Sacramenta; sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

XLIII. HONORIUS III. universi Abbatibus & Fratibus Cisterciensis Ordinis. [c. an. 1224. Romæ.]

Prohibet Abbates Cistercienses sollemniter installari, & ponit formam obedientiæ, quam præstant suis Episcopis.

Qualiter hoc caput spectet ad titulum, colliges ex casu, & claris hic ex Panor. & aliis. * Installatio fit, quando electus & confirmatus introducitur in stallum, id est sedem seu locum constitutum in choro & Abbatibus deputatum ad Sedem.

NE u Dei Ecclesiam: [Et infra a.] Installationis x solemnitates in electis Abbatibus Ordinis vestri fieri prohibentes: Adjicimus, ut Archiepiscopi, & Episcopi ea sint formæ professionis contenti, quæ ab origine vestri Ordinis noscitur instituta, quæ talis est: Ego Frater Abbas Cisterciensis Ordinis subjectionem & reverentiam & obedientiam a Sanctis Patribus constitutam, secundum Regulam Sancti Benedicti, Tibi, Domine Episcopo, tuisque Successoribus canonice substituentis, & Sanctæ Sedi Apostolicæ; salvo Ordine meo, perpetuè me exhibiturum promitto.

[a] Quam lavit proprio sanguine Jesus Christus, macula sceleratis coinquinet, ruga deformet cupiditatis, quæ omnium radix est malorum; & ne deformitas quasi ruga sub pretexto consuetudinis, contracta, eliminanda sunt penitus ab eadem, ut dispensatio Mysteriorum Dei, & ipsa Mysteria gratis accepta, Græcica pravitate profus abolita, charitate gratuita conferantur, quæ emere vel vendere quam detestabile, quamque periculosum existat, liquidò potest suspensum; ex eo quod Dominus vendentes & ementes, oves & boves eiecit de Templo, & cathedras vendentium & ementium columbas evertit. In ejectione denique vendentium & ementium, facinoris inquinantis utroque exprimitur detestatio, & in cathedrarum everfione monstratur, cui pane subjaceant bi qui præsumunt, vendentes Dei dona, & Ecclesiastica Sacramenta: ut hujusmodi igitur facinus quos coinquinat Prælatos, & subditos non possit incipere quoquo modo, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne quis Archiepiscopus, Episcopus, Archidiaconus, vel Officialis ipsorum, a quoquam in Abbatem electo, pro benedictione, seu installatione, vel recipienda professione ab eis, sub consuetudinis pretexto cuiusdam palefridum, seu aliud quicquam quocumque nomine censetur, exigere vel extorquere præsumat. Vobis etiam sub pretexto hujusmodi exacta taliter interdiximus ne præstetis, cum non solum a malo, sed ab omni specie mali sit abstinendum.]

XLIV. GREGORIUS IX. Priori Sancti Thomæ Esculanen. [c. an. 1235. Romæ.]

Recepto in Canonico debetur Præbenda & redditus, consuetudine non obstante quod non servaverit pravam consuetudinem de aliquo temporali dando ipsi Canonice.

Vide Doctores in cap. 1. supra eod. tit. & B. Thomam, 2. 2. q. 100. art. 3.

Jacobus Canonice Esculanus x exposuit, quod cum ipse in Ecclesia Aprutin. sit receptus in Canonico & in Fratrem, Canonice ejusdem Ecclesie partem proventuum, ac Præbendam sibi assignare recusat, quandam consuetudinem pretendentes, quod prandium habere debeant a Canonico recepto de novo. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, dictos Canonicos, ut (tali consuetudine non obstante) sibi sicut uni ex aliis in proventibus & Præbenda provideant, appellatione remota compellat.

XLV. IDEM. [c. an. 1235. Romæ.]

Qui ordinavit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso provisionem; Ordinator per triennium a collatione, Præsentator vero, ab executione Ordinis, etiam per triennium suspensum sunt: ordinatus vero ab Ordine perpetuè sit suspensus, & solus per Sedem Apostolicam cum eis dispensatur.

Vide Turrecematan in cap. Statutum, & c. Ordinationes 1. q. 1. Sylvestrum citatum in cap. præc. * inquietaret.

Si quis ordinaverit, seu ad Ordinem præsentaverit aliquem, promissionem vel juramentum ab illo recipiens, quod super provisione tua non inquietet eundem, Ordinator a collatione, Præsentator vero ab executione Ordinis per triennium, & Ordinatus ab Ordine sic suscepto, donec dispensationem super hoc per Sedem Apostolicam obtinere meruerint, noverint se suspensos.

XLVI. IDEM. [c. an. 1235. Romæ.]

Habet duo dicta, secundum ibi, & ad resignationes. Et propter brevitatē & varietatē lectionum, aliter non summat.

M Andato a nostro recepto, ut cum Monachis, qui per simoniam dato aliquo loco in Monasteriis sunt adepti, secundum constitutionem generalis Concilii dispensares: Et infra. Consultationi tue breviter respondentes dicimus, mandatum Apostolicum etiam ad Abbates extendi, & resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente, utringue taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori) eos pro simonia hujusmodi non teneri.

a De materia hujus cap. vide de Domi. Solum lib. 9. de Just. & Jur. q. 8. art. 1. ad 6. arg. Martinum in Annali Concilior. ca. 23. tit. de simonia.

NE PRÆLATI VICES SUAS, VEL ECCLESIAS SUB ANNUO CENSU CONCEDANT.

TITULUS IV.

I. ALEXANDER in Concilio Lateranen. [an. 1179. Romæ.]

Qui dat pecuniam, ut Episcopalem vel spirituales jurisdictionem exerceat, officio suo privatur, & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & Canonice punietur. Hoc dicit cum sequentibus.

PRÆTEREA quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecunie quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent: Præfenti decreto statuitur, ut qui de cetero hoc præsumperit, officio suo privetur, & Episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

II. IDEM in Concilio Turonen. [an. 1163. in Gallia.]

Summatum est supra capitulo proximo.

Quoniam i in quibusdam partibus Decani quidam vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas sub annuo pretio statuntur: quod ad Sacerdotum gravamen, & subversionem judiciorum non est dubium redundare: id ulterius fieri prohibemus. Quod si quis de cetero fecerit, removeatur a Clero. Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, & Ecclesiasticam jurisdictionem sua patitur diffinitione perverti, districtione Canonica percellatur.

PITH. Quoniam, &c.] Petrus Blefensis episc. 157. Neubrigensis 132.

III. IDEM. [c. an. 1180. Romæ.]

Regimen Ecclesie sub annuo censu committi non debet.

Quoniam d enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra Sanctorum Patrum institutiones invaluit, ut sub annuo pretio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen statuantur: Ne id fiat, modis omnibus prohibemus. Quia dum Sacerdotum sub hujusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

PITH. Idem.] V. C. addit, in Concilio Turonenf. residens ait. Quoniam, &c.] Neubrigensis 131.

IV. IDEM Exonen. Episcopo. [c. an. 1180. Romæ in Angliam.]

Fructus Ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.

Quædam e 4 Magistri Gu. receperunt, quod cum Ecclesiam de Chephalae i, a G. Persona ejusdem ad annum censum tenendam per septennium suscepisset; ipse antequam eam per unius anni spatium tenuisset, auferte præsumpsit, quancumque præstita fide firmaverit, quod usque ad statutum terminum nullam ei exinde molestiam vel gravamen inferret. Ideoque mandamus, quatenus si constituerit ita esse, eum districtè compellat ut præstatam Ecclesiam dicto Guil. restituat, & usque ad terminum constitutum (secundum quod inter se convenierint) ipsum eandem permitat pacificè possidere.

PITH. Quædam, &c.] Mattheus Paris. 602. 612. Chephalae.] Fereleia.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.

TITULUS V.

I. EX CONCILIO LATERANENSI. [an. 1102. Romæ.]

Ecclesia Cathedralis providere debet Magistro de beneficio, qui Clericos ejusdem Ecclesie, & alios pauperes gratis doceat; & vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio privatur.

Quoniam Ecclesia Dei, sicut pia mater, providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque Cathedralē Ecclesiam Magistro, qui Clericos ejusdem, & Scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeat: [Et infra a.] Pro licentia u verò docendi nullus pretium exigat, vel sub obtentu huiusmodi consuetudinis ab eis, qui docent, aliquid querat, citato in cap. nec docere quemquam, (qui sit idoneus) petita licentia illis sit, interdicit. Qui autem contra hoc venire præsumperit, ab al. quos do. Ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, cent. ut in Ecclesia fructum s sui laboris non habeat, qui cupiditate k fructus.

Vide quos alioquin consuetudinis ab eis, qui docent, aliquid querat, citato in cap. nec docere quemquam, (qui sit idoneus) petita licentia illis sit, interdicit. Qui autem contra hoc venire præsumperit, ab al. quos do. Ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, cent. ut in Ecclesia fructum s sui laboris non habeat, qui cupiditate k fructus.

anmi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectò nititur impedire.

[a] Quo docentis necessitas sublevetur, & discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur Ecclesie, seu Magistris i, si retroactis temporibus aliquid in eis fuerit deputatum. PITH. Magisteriis.] Monasteriis. Vide Siebert. an. 1172.

Vinton.

II. ALEXANDER III. Vinton. Episcopo i. [c. an. 1180. Romæ in Angliam.]

Pro licentia docendi, nihil exigi debet, vel promitti, & exactum restitui; & promissum remitti debet, & negligente inferiore Prælato, ad Magistrum confirmandum, supplebit hoc Superior.

m Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil.

Prohibeas m ne in Parochia tua pro licentia docendi exigatur aliquid, aut etiam promittatur. Si quid verò postea solum fuerit vel promissum, remitti promissum facias, & restitui, appellatione cessante, solum, sciens quod scriptum est: Gratis accepistis, gratis date. Sanè si quis distulit Magistros in locis congruis instituire, tibi liceat, appellatione postposita, ibi aliorum instructioni præferre viros providos, honestos & discretos. PITH. Vinton. Episcopo.] London.

III. IDEM. [c. an. 1180. Romæ.]

Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiamsi habeat consuetudo.

n Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil.

Quantò Gallicana n Ecclesia: [Et infra a.] Dignos esse amandaverunt censum s, qui nostram Magistri Scholarium, & dignitatem assumunt, & sine certo pretio Ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hæc prava consuetudo a cupiditatis radice processerit, & decorem admodum Ecclesiasticæ honestatis confundat: mandamus, quatenus, consuetudine ipsa de vestris Ecclesiis exacta, sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis, districtè precipientes, ut quicumque viri idonei & literati voluerint regere studia literarum, sine molestia & exactiõe qualibet scholas regere permittantur. Si qui verò hujusmodi prohibitionibus precepti extiterint transgressores, eos Officialis & Dignitatis spoliatis. [a] Majorum personarum scientiæ & honestate præfulget, eò cautius nititur cavere quæ confundere Ecclesiasticam videantur honestatem, tanto vehementiori.] PITH. Dignos esse amandaverunt censum.] V. C. dignum admiratione noscitur. Hoc caput sui imperatorem contra Cancellarium Parisiensem, qui a quolibet docente Marcham unam exigebat. Sic Vincentius in edit. Anton. Augusti.

o Scilicet Lateran. c. 11. tit. in 1. Compil.

IV. INNOCENTIUS III. in Concilio generali o. [an. 1216. Romæ.]

In qualibet Cathedrali Ecclesia, vel alia in facultatibus sufficienti, debet a Prælato vel Capitulo unus Magister eligi, qui redditus unius Præbende debent assignari. In Metropolitanâ vero Ecclesia etiam eligi debet Theologus; & si ad Grammaticam & Theologum non sufficit, provident ipsi Theologus ex redditibus sue Ecclesie; & Grammatico faciat provideri in aliqua Ecclesiarum sue civitatis vel diocesis.

p Inhibitione.

Quia nonnulli propter inopiam & legendi studium, & oportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranen. Concilio pia fuit constitutio p proviſum, ut per unamquamque Cathedralē Ecclesiam Magistro, qui ejusdem Ecclesie Clericos aliosque Scholares pauperes gratis institueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis Ecclesiis, id minime observatur: nos prædictum roborantes statutum: adjicimus, ut non solum in qualibet Cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituitur Magister idoneus, a Prælato cum Capitulo, seu majori & seniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in Grammatica q facultate, & alios instruat juxta posse. Sanè Metropolis Ecclesia Theologum nihilominus habeat qui Sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare non solent. Assignetur autem cuilibet Magistorum a Capitulo unius Præbende poventus, & pro Theologo a Metropolitanano tantumdem, non quòd propter hoc efficiatur Canonice, sed tandiu redditus ipsos percipiat, quandiu persistit in docendo. Quòd si forte de duobus e Ecclesia Metropolitanæ gravetur, Theologo juxta modum prædictum ipsa provideat: Grammatico verò in alia Ecclesia sue civitatis, five diocesis, quæ sufficere valeat, faciat provideri.

V. HONORIUS III. [c. an. 1220. Romæ.]

Prælati & Capitula ad studia Theologia Scholares doctes transmittere tenentur, qui in absentia redditus Præbendarum suarum & Beneficiorum per quinque annos integritate percipiunt: & si proprii redditus ad sustentationem studii eis non sufficiunt, debet Prælati cum Capitulo Pars I.

eis providere, Magistri verò donec docuerint, integrè percipiunt fructus beneficiorum suorum.

Super specula i & c. [Et infra a.] Volumus & mandamus, ut statutum in Concilio generali de Magistris Theologis per singulas Metropoles statuendis, inviolabiliter observetur: Statuentes, ut quia super hoc propter raritatem Magistorum se possent forsitan aliqui excusare, ab Ecclesiarum Prælati & Capitulis ad Theologica i professionis studium aliqui docibiles destinentur; qui cum docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant Firmamenti u, ex quibus postmodum copia possit haberi Doctorum, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri ad justitiam valeant plurimos erudire; quibus si proprii proventus Ecclesiastici non sufficiunt, prædicti necessaria subministrant. Docentes verò in Theologica facultate, dum in scholis docuerint, & studentes in ipsa, integrè per annos quinque percipiant de licentia Sedis Apostolicæ proventus Præbendarum & Beneficiorum suorum, non obtinente aliqua contraria consuetudine vel statuto; cum denario fraudari non debeant, in vinea Domini operantes.

[a] Cui itaque de singulis Provinciis puella speciosa, ac virgines pro Rege Assuero, qui beatus dicitur, per ancillas quæri debeant, & adduci ad arcem & mœnia civitatis, per manum Aggei mundum muliebrem accipere, necessarium videlicet sulcimenta.]

DE JUDEIS, SARRACENIS, ET EORUM SERVIS.

TITULUS VI.

I. EX CONCILIO MATEN. x i Matifcon.

Si servus a Judeo emptus causa matrimonii factus est vel fieri desiderat Christianus, pro xij. solidis redimitur.

PRÆSENTI Concilio sancimus, ut nullum Christianum mancipium Judæo serviat; sed datis xij. solidis pro quolibet bono mancipio ipsum quicumque Christianorum, seu ad ingenuitatem, seu ad servitium licentiam habeat redimendi: & si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, idem fiat: Quia nefas est quem Christus redemit, blasphemum Christi in servitium vinculis detinere. PITH. Maten.] Matifcon.

II. GREGORIUS Episcopo Lucen. y i i. 3. Indictio. 12. ep. 21.

Judeus Christianum in servum habere non potest; in adscriptivum verò potest.

Multorum ad nos: [Et infra a.] Nulli Judæo liceat Christianum mancipium in suo dominio retinere: sed si apud eos inveniuntur, libertas eis servetur. Hi verò, qui in possessionibus eorum sunt, licet legum districtione sint liberi, tamen quia colendis terris eorum diutius adhaerent, utpote quædam loci debentes, ad colenda ruralia remaneant, consuetas pensiones prædictis viris præbentes. Cuncta etiam, quæ de Colonis vel Originariis jura præcipiunt, peragant, & nihil eis extra hoc oneris indicatur. Quòd u si quicumque Judæorum aliquem de his, vel ad alium transferre locum, vel ad aliud obsequium retinere voluerit, ipse sibi imputet, qui jus colonarium, & jus domini sibi juris severitate damnavit.

[a] Relatione pervenit, a Judæis in Lunens. civitate detentibus ad servitium Christiana detineri mancipia; quæ res tanto nobis visa est asperior, quanto a fraternitatis tue patientia operatur. Oportebat quippe te respectu loci tui, atque Christianæ Religionis intuitu, nullam relinquere occasionem superstitioni Judaicæ, ne simplices animæ non tam suasionibus quam potestatis jure quodammodo deservirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut secundum præscriptarum legum tramitem] PITH. Genuens. i.] Januario.

III. IDEM Genuens. o i Episcopo. [c. an. 600. Romæ.]

Judei antiquas Synagogas retinere possunt, novas erigere non possunt.

Judei d de civitate: Et infra. Sicut legalis definitio Judæos novas non patitur erigere Synagogas, ita eos sine inquietudine veteres habere permittit. PITH. Genuens. i.] Januario.

IV. ALEXANDER III. [c. an. 1180. Romæ.]

In die Veneris sancta, non licet Judæis tenere ostia vel fenestras aperta.

Quia e super his: Et infra. Generaliter interdicas, ut Judæi ostia vel fenestras in die Parasceves aperta non habeant, sed clausa teneant tota die. PITH. Genuens. i.] Januario.

V. IDEM in Concilio Lateran. f [an. 1179. Romæ.]

Excommunicari debent Christiani, qui in domo servantur Judæis vel Sarracenis, sive Paganis. Et Principes seculares g i j

f Pars hujus capitis supra tit. Ne Cler. vel Monach. Theologia. Vid. Auth. habita. C. Ne filius pro patre.

x Matifcon.

y i i. 3. Indictio. 12. ep. 21.

z Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil.

a conditionem. al. conditioni.

b al. verum.

c al. Gen. al. Jan.

d C. 4. eod. tit. in 1. Compil.

e Cap. 7. eod. tit. in 1. Compil.

f C. 26. eod. tit. in 1. Compil.